



quas sibi format & fingit cor humanum, peccato & concupiscentia infectum & corruptum. Verum Noster Interpres profundius vidit *terra*, id est, *mala*, sumi causaliter; *prona sunt ad malum*, aut, ut Septuag. vertunt, *inclinantur in mala*: nam, ut dixi, figmentum sumit pro ipsa siglina, sensu & concupiscentia, quæ formaliter non sunt mala, id est, peccata, sed causaliter, quia prona sunt ad malum & ad malum hominem incitant. Hæc enim est appositæ ratio, cur Deus dicat se miserturum hominum, ut amplius eorum peccata non puniat diluvio; quia scilicet homines à nativitate infirmi, debiles & proni sunt ad malum: nam actualis malitia & peccatum, non misericordiam, sed iram Dei provocat.

AB ADOLESCENTIA SUA] *Ex illa enim ætate, ait S. Ambrosius, crescit malitia: nam diligentia & studium peccandi incipit à juventute; ut puer quasi infirmus peccat, juvenis tanquam improbus, qui studiosè cupiat peccata committere, & in criminibus gloriatur.*

A CUNCTIS DIEBUS TERRÆ] Non Vers. 22. quamdium terra durabit; hæc enim stat in æternum: sed quamdium in terra erit generatio & corruptio, eruntque homines & animalia, propter quæ hæc temporum varietas inducta est.

SEMENTIS ET MESSIS] Putat Isidorus Clarius, annum hic more Hebræorum in sex partes dividi, scilicet in floritionem, maturationem, calorem, seminationem, frigus & ætatem, de quibus Delrio hic. Verum longè verius est, ut pater ex ipsis antithesibus, hic describi, Primò, vicissitudines laboris, unam seminandi, alteram metendi; sementis enim hic significat tempus seminandi, messis, tempus metendi. Secundò, vicissitudines anni; ætatem & hiemem. Tertio, vicissitudines qualitatum & tempestatum; frigus & æstus.

NON REQUIESCENT] non cessabunt, non desinent sibi mutuo succedere, uti desierunt & cessarunt toto anno diluvii.

CAPUT NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

DEUS hoc capite homini per diluvium quasi renovato & recreato pristina bona, quæ per peccatum & diluvium amissa videri poterant, restituit, scilicet fecunditatem, imperium in bestias, alimentam etiam meliorem. Primò, ergo Deus Noe, ejusque posteritati benedicit, eique esum carnum indulget, non tamen sanguinis: unde Secundò, v. 5. homicidii pœnam sancit. Tertio, v. 9. pactum init cum Noe, de non inducendo amplius diluvio, pactique tesseram dat iridem. Quarto, v. 20. Noe inebriatur, & dormiens à Cham nudatur, sed à Sem & Japhet tegitur: ideoque evigilans maledixit Cham, sed Sem & Japhet benedicit.

1. **B**enedixitque Deus Noe & filiis ejus. Et dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. 2. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres coeli, cum universis quæ moventur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. 3. Et omne, quod movetur & vivit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia; 4. Excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis. 5. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, & de manu viri & fratris ejus, requiram animam hominis. 6. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. 7. Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. 8. Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios ejus cum eo: 9. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos: 10. & ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum, tam in volucris quàm in jumentis & pecudibus terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & universis bestiis terræ. 11. Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii: neque erit deinceps diluvium dissipans terram: 12. Dixitque Deus: Hoc signum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas: 13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. 14. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus: 15. & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima vivente quæ carnem vegetat: & non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum universam carnem. 16. Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum & omnem animam viventem universæ carnis quæ est super terram. 17. Dixitque Deus ad Noe: Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me & omnem carnem super terram. 18. Erant ergo filii Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Japhet: porro Cham ipse est pater Chanaan. 19. Tres isti filii sunt Noe: & ab his difeminatum est omne genus hominum super universam terram. 20. Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantavit vineam. 21. Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. 22. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fratribus suis foras. 23. At verò Sem & Japheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui, faciesque eorum aversæ erant, & patris virilia non viderunt. 24. Evigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, 25. ait: Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis. 26. Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan servus ejus. 27. Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus ejus. 28. Vixit autem Noe post diluvium trecentis quinquaginta annis. 29. Et impleti sunt omnes dies ejus nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus est.

VERS. 2. **T**ERROR VESTER SIT SUPER CUNCTA ANIMALIA TERRÆ] Nota. Homo per peccatum plenum dominium in bestias amisit; unde aliquale & semiplexum ei dominium hic restituit & confirmat Deus: indicat enim Deus animalibus timorem quandam, quo hominem, quasi dominum suum, timent & reverentur; & si feræ sunt, hominis conspectum fugiunt, nec in eum æviunt, nisi injuria lacestantur, aut fame urgeantur; quin & pisces, ait Sanct. Basil. homil. 10. Hexam. humanas umbras verentur, & ab ipsis aufugiunt: imò & elephanti.

B minem, quasi dominum suum, timent & reverentur; & si feræ sunt, hominis conspectum fugiunt, nec in eum æviunt, nisi injuria lacestantur, aut fame urgeantur; quin & pisces, ait Sanct. Basil. homil. 10. Hexam. humanas umbras verentur, & ab ipsis aufugiunt: imò & elephanti.

phantes, si credimus Plinio lib. 8. cap. 4. hominum vestigia formidant. Hinc videmus sæpe boves & equos à parvis pueris agi. Rursum, aves & feras homo sagittis dejicit: nec ulla est bestia tam fortis, quæ non possit per hominem capi & domari. Audi Sanct. Ambros. epist. 38. ad Horont. verè & eleganter docentem quomodo feræ & irrationalia hominis rationem agnoscant, ejusque mansueti imperio mansuescant. Sæpe, inquit, suspenderunt morsus suos revocante sono vocis humana. Videmus innoxio canum dente lepores sine vulnere capi: leones quoque ipsos si vox hominis resulerit, prædam dimittere: pardos atque urfos incitari ac revocari vocibus, equos plausu hominum fremere, silentio mollire cursum. Denique sæpe sine verberare prætereunt verberatos: ita vehementer illos incitat lingua flagellum. Addit deinde: Quid verò de muneribus loquar? Nutris aries vellera, ut placeat homini, atque in fluvio versatur, ut nitorem augeat. Oves quoque meliora pabula legunt, ut suaviore succo lactis facta distendant ubera: subeunt partus dolores, ut homini sua munera ferant. Tauri depresso sulcis per totum diem aratro gemunt. Cameli præter subeundi oneris obsequia, tendendos se exhibent ut arietes, quod velut regi diversa animalia tributum suum conferant, pendantque vestigal annuum. Equus tanto se jactans equite, glomerat gressus superbos, atque ad domini ascensum dorsa sinuatus, herili terga substernit sedili.

Maximè tamen hæc promissio in fidelibus impletur, quibus per Christum dictum est, *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, Lucæ 10. & Serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Marci 16.* Ita leones cervicæ dejectæ accesserunt ad S. Antonium, ejusque manus & pedes circumlinxerunt benedictionem petentes: ita boas serpentes obediunt S. Hilarioni, duo dracones Ammoni, onager Macario Romano, hippopotamus Beno, crocodilus Heleno, leæna Joanni Abbati, hyæna Macario Alexandrino, canis Abbati Subavorum Syrorum, ut habetur in eorum vita in Vitis Patrum. Tropologiam vide apud S. Greg. lib. 21. Moral. c. 11.

VERS. 3. OMNE QUOD MOVETUR ET VIVIT ERIT VO-
BIS IN CIBUM] Omne, scilicet comestibile, & humanæ complexionis conveniens: viperæ enim, scorpiones, aliaque venenata animalia comedi nequeunt, quia repugnant complexionis humanæ, eamque destruunt. Adde, non præcipi, sed permitti hinc homini omnium, id est, quorumlibet, esum, q. d. Permitto, ut omne, id est, quidlibet, quod placebit, quod complexionis & palato vestro gratum erit, in cibum assumatis: ita Abulens. Non ergo peccant Religiosi, qui hac Dei permissione non utuntur, & ad carnis macerationem, vel semper, vel certo tempore carnis abstinere: quinimo heroicæ temperantiæ actus & signa edunt.

QUASI OLERA VIRENTIA TRADIDI (trado) VO-
BIS OMNIA] ut animalibus vescamini, sicut hæcenus olera comeditis.

Tropol. S. Ambros. lib. de Noe cap. 25. Significatur, inquit, quod irrationabiles passionibus ita debeant menti sapientis, ut olera rustico, esse subiecta; atque ita utamur reptilibus cogitationibus, ut agricola oleribus, quæ licet obesse non possunt, cibi tamen non habent gratiam fortioris. Generale enim omnibus & commune præceptum, non altiora indicit genera virtutum, quæ utique paucorum sunt. Sed & si quis virtutum epulas fortiores sibi exhibere non possit, hujusmodi tamen habeat passionibus, quæ non noceant, sed delectent.

Quæres. Fuitne ante diluvium carnis esus licitus & usitatus? Primò, Lyranus, Tostatus & Carthusianus in cap. 1. vers. ult. censent nec licitum, nec usitatum fuisse, eò quod cap. 1. v. ult. Deus tantum homini esum olerum concesserit. Idem senserunt Ethnici: unde Ovid. l. 15. Metamorph. de primo illo & aureo mundi sæculo ita canit:

At vetus illa ætas non polluit ora cruore,
Tunc & aves cuncta movere per æra pennas,
Et lepus impavidus mediis erravit in agris.

Sed errat, dum esum carnis postea inductum, quasi scelus execratur, dicens:

Hæc quantum scelus est, in visere, viscera condit,
Alteriusque animantem animantis vivere letho!

Sic & Pythagoræi & Manichæi censuerunt nefas esse animal occidere, coque vesci; quin & Tertull. jam Monta-

nista lib. de Jejunii contra Psychicos cap. 4. esum carnis humanæ incontinentiæ indultum asseverat.

Secundò, Cajetan. hic, & Victoria relect. de temperantia, & Dominicus Soto lib. 5. de Justitia q. 1. a. 1. putant, tunc esum carnis & licitum & usitatum fuisse. Primò, quia carnis esum nusquam vetuit Deus, & caro cibis est homini convenientissimus. Secundò, quia tunc erant greges ovium, quarum pastor erat Abel.

Dices, Pascebat Abel greges ad lanam & lac, non autem ad esum. Contrà, ergo nulla fuit laus Abelis præ Caino, ex eo, quod pinguioribus oves obtulerit Deo. Si enim illis nemo vesceretur, perinde fuisset illi & Caino, pingues atque macilentas sacrificare; macilentæ enim oves non raro tam bonam, imò meliorem, quam pingues, dant lanam & lac; carnem autem semper præbent deteriore: ita Cajetanus.

Tertiò & optimè, S. Chrysost. Theodor. Pererius & alii censent, ante diluvium non interdictum, sed licitum fuisse esum carnis: ab eo tamen abstinuisse viros religiosiores, putà posteros Seth, eò quod Deus assignans homini cibum, diserte tantum expressisset olera, non autem carnes cap. 1. 29 sic enim optimè concordantur rationes tam primæ, quam secundæ sententiæ. Deus ergo hic post diluvium carnis esum, omnibus, etiam Sanctis, explicite & diserte permittit, ob malignitatem terræ, tam peccato quam diluvio, falsedine maris, indutam, & consequenter ob vires imbecilliores, tam hominum quam plantarum. Tradunt enim medici, & experientia constat, carnes præ herbis plenius, solidius, succulentius, magisque carni humanæ conveniens alimentum hominibus præbere.

CARNEM CUM SANGUINE NON COMEDETIS] **VERS. 4.** Hebraicè est, בָּשָׂר בְּנֶפֶשׁ דָּמוֹ לֹא תֵאכְלוּ *basar bemafso damo lotochelu*, carnem in anima sua, in sanguine suo non comedetis: hoc est, ut vertit Pagninus, carnem cum anima sua, quæ est sanguis suus, non comedetis, q. d. Non comedetis carnem cum anima sua, quæ anima est sanguis, vel consistit in sanguine animalis ipsius.

Nota. Præcipitur hic modus comedendæ carnis istiusmodi, ut primò animal juguletur, secundò sanguis effundatur, tertiò caro coquatur & comedatur: prohibetur autem omnino comestio sanguinis, sive is adhuc in animali existat: unde prohibetur hic esus morticinorum & suffocatorum, ut docet Eucherius, sive is ab animali sit separatus, isque tam liquidus & potabilis, quam fartus & coagulatus, qualis est in farciminibus; omnem enim sanguinem esum hic prohibet Deus: ita Lyranus, Tostatus, Carthusianus.

Quæres, cur adeò severe sanguinis esum inhibuerit Deus? Respondeo Primò, ut homines quàm longissimè abstergeret ab effusione sanguinis humani: ita S. Chrysost. & Rupert. nam Gentiles non tantum ad effusionem, sed etiam ad potationem sanguinis humani proruisse, testis est Tertull. in Apolog. c. 9. Hanc rationem dar ipse Deus vers. sequ. est enim sanguis vehiculum animæ, & vitæ, spirituumque vitalium; hinc anima, id est, vita, dicitur esse in sanguine, ut patet hic in Hebræo, & Levit. 17. 11. Secundò, quia voluit Deus sanguinem, qui est quasi vita animalis, sibi soli quasi auctori vitæ offerri in sacrificiis, pro vita peccatoris, ut patet Levitic. 17. 11. ita S. Chrysost. & D. Thomas. Addit Tertiò, Rupertus brutorum sanguinem esse gravem, terrestrem, melancholicum, & multarum ægritudinum causam, si comedatur, hinc vetitum esse comedi.

Est hoc præceptum de cavendo sanguinis esu, non naturale, sed positivum, quod renovatum est ab Apostolis, Actor. cap. 15. vers. 29. duravitque non tantum ad tempora Tertulliani & Minutii, ut ipse fatetur in Octavio, sed etiam tempore Bedæ & Rabani, ut patet ex ejus Poenentiali. Verum jam exolevit: nunc enim sanguinem, non quidem bibere, sed comedere in farciminibus moris est.

SANGUINEM ENIM ANIMARUM] Hæc est ratio, cur Deus vetuerit sanguinis esum, videlicet ne homines assuescendo sanguini bestiarum, tandem nec humano parcerent, q. d. Adeò mihi pretiosus est sanguis vester, quo corpus vegetatur & vivificatur, ut eum etiam à brutis quæ hominem necarint, requiram: quanto magis eum à vobis, qui homines estis, requisiturus sum?

REQUIRAM DE MANU CUNCTARUM BESTIARUM] id est, demonum, qui feri sunt, bestiarum instar,

Deus permittit Noe esum carnis, non autem præcipit.

An esus carnis ante diluvium fuerit licitus & usitatus. Prima sententia.

Tertia & verior.

Omnis sanguinis esus prohibetur Noe & posteris.

Cur? Causa Prima.

Secunda.

Tertia.

VERS. 5.

Quomodo Deus re-

quiritas sanguinem hominis de be-
stia.
Primus
expositio.
Secunda.
Tertia.

Quarta.

Quinta,
O genit-
na.

Citati à
reis judi-
ces, ad
tribunal
Dei sistere
se coacti.
Exemplum
Primum in
Davide.

Secundum
Zachariae.

Primum in
Machabaeis.

Primum
ex A. 6.

Quintum
de eorum
de reg.

Sextum
de equis
Templi-
na.

star, ait Rupertus. Sed hic sensus symbolicus est, non
literalis. Secundò, Theodor. sic exponit: in resurre-
ctione requiram, & vobis reddam omnem sanguinem,
quem bestiae effuderunt, vos necando aut lædendo: hic
etiam sensus non est genuinus, sed anagogicus. Tertiò,
alii sic exponunt: in sacrificio requiram sanguinem ve-
strum, ab homine iniquè effusum, de manu bestiarum: quia
nimirum homicidium, quo sanguis effunditur, adeoque
omnes peccatum hominis, voluit Deus expiari bestiarum
sanguine, ut patet Num. 28. vers. 29. in sacrificio enim
bestia occisa luit offensam homicidii, & cuiusvis peccati
hominis, adeoque Deus quasi in bestia sacrificata, vin-
dicat homicidium, omnemque culpam hominis. Quartò,
Abulensis & Lipoman. sic explicant. q. d. Si effundas
proximi tui sanguinem, vel per te, vel per bestiam ali-
quam in eum emissam, Deus eum requirit non à bestia,
sed à te, qui eum vel gladio, vel imperio tuo effudisti.
Nam *de manu bestiarum*, referunt hi, non ad *requi-
ram*, sed ad *sanguinem vestrum*: sed hoc durum & penè
violentum est. Quintò, optimè & planissimè idem Abu-
lensis & Oleaster sic exponunt, q. d. Puniam bestias, si
illæ hominem occidunt. Patet id Exod. 22. 28. ubi Deus
jubet bovem (& à pari quamvis aliam bestiam) homici-
dam lapidari.

Rursum ex hac Dei sanctione & promissione hic data,
sæpe fieri solet, quòd ipse preces & vota eorum qui in-
iuste damnantur, vel trahuntur à principibus aut iudicibus
ad mortem, exaudiat: & præsertim, ut, si rei & damnati
suos iudices in causa iniusta, vel etiam dubia, citent ad
tribunal Dei, ipse iudices mori, & se suo iudicio causam
dicturos non raro, etiam intra conductum à reis tempus,
sistere cogat. Ita David multiplici injuria & violentia
per Saulum afflictus, ac penè oppressus, illum coram
Deo citans exclamat: *Judicet Dominus inter me & te: &
ulciscatur me Dominus ex te*, &c. Nec vana fuit hæc provo-
catio: quando paulò post hic à Philistæis acie victus &
sagittis vulneratus, ne in manus eorum vivus incideret,
proprio se ferro transverberavit.

Secundò, adhuc evidentior est hæc Zachariæ pontificis,
cùm ingratissimi regis Joas præcepto, in atrio templi la-
pidaretur, ad divinum iudicium appellatio, *Videas Domi-
nus, & requiras*: quoniam suo eventu non caruit. Anno
namque vix exacto, & principes regii qui huic injuriæ
conferant gladio Syrorum trucidati, & rex magnis cla-
dibus afflictus, in lectulo à suis multis vulneribus con-
fossus, simul cum aulicis ad divinum tribunal raptus est,
dicturus de propriis factis rationem.

Tertiò, septem fratres Machabæi pro patriis legibus
à Antiocho omni dritate & crudelitate vexati, eidem
non obsecrè diem coram Deo dicebant, inquietes:
Dominus Deus aspiciet veritatem, &c. *Videbis magnam
potestatem Dei, qualiter te semen tuum torquetis*, &c.
Tu non effugies manum Dei, &c. Nam appellatio-
nes istas de cœlo efficaces sentiens, manifesta Dei ul-
tione periit.

Quartò, non modò Paulus de Alexandro ærario con-
queritur dicens, *Reddat illi Dominus secundum opera sua*;
verum & beatorum Martyrum animæ ad eundem, con-
tra suos oppressores vociferantur: *Usquequo Domine non
judicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui ha-
bitant in terra?* Differtur autem tantùm, non damnatur
hæc eorum provocatio. Quin etiam Christus ipse ab inju-
riis Judæorum, ad Patris iudicium appellans, ait: *Ego
non quero gloriam meam; est qui quærat, & judicet*. Ab
his sacris divinisque testimoniis nunc ad graves planeque
memorabiles historias accedamus.

Quinto igitur loco, Naucerus & Fulgosius referunt,
Fernandum Legionis & Castellæ regem, duos nobiles
ex Carvajaliorum familia, de prodicione sibi suspec-
tos, sed inauditos, præcipiti iudicio, de altissima ru-
pe deturbari jussisse. At illi præclusam sibi defensionem,
& præsentem mortem cernentes, Christo æquissimo ju-
dici causam suam commendarunt, & ad ejus tribunal
intra trigessimum diem Fernandum regem citaverunt.
Nec inanis fuit eorum provocatio: quoniam trigesimo
post die, morte percussus, coram divino iudice voca-
tus fuit.

Sextò, scribit idem Fulgosius, equitem Neapolita-
num cum reliquis Templariis confratribus suis ad luppli-
cium raptum, ad Clementem VI. & Philippum Pul-
chrum Franciæ regem, quorum auctoritate necabatur, de
Cornel. à Lep. in *Pontenach*.

fenestra prospectos, exclamasse: Quando mihi inter
mortales nullus jam superest, ad quem appellem, ad ju-
stum judicem Christum, qui nos redemit, appello, ut
ante ejus tribunal intra annum & diem vos sistatis, ubi
causam meam exponam: intra annum verò uterque, ratio-
nem Deo redditurus, mortuus est.

Septimò, auctor est Joannes Pauli, Rudolphum Au-
stricæ Ducem, Equitem auratum damnaſſe, ut sacco in-
clusus mergeretur. Eques autem conspecto prius Duce,
exclamavit: Dux Rudolphe, ad tremendum Dei tri-
bunal intra annum te voco. Ille irridens respondit: Be-
nè, præito; ego tum adero. Exacto tempore incidens in
febrim, appellationis recordatus, servis dicit: Tem-
pus mortis meæ instat, ad iudicium eundem, & sta-
tim obiit.

Octavò, ex historiis Britannicæ Armoricæ recitat
Æneas Sylvius, Franciscum illius Ducem, fratrem suum
Ægidium læsæ majestatis falsò accusatum, in carcere ne-
casse. Hic paulò ante mortem conspecto Franciscano,
adjuravit eum, ut ad fratrem Ducem renuntiaret, qua-
tenus intra quadragessimum diem ad Dei tribunal se siste-
ret. Franciscanus abiens ad Ducem in finibus Norman-
niæ, fratris mortem & appellationem denuntiat. Dux
territus, illicò malè habere coepit, & crescente in dies
morbo, ad conductum diem expiravit.

ET DE MANU HOMINIS, DE MANU VIRI, ET
FRATIS EJUS] Tria, inquit, Delrio, inculcat homi-
cidæ epitheta, quæ ejus culpam aggravant. Primò,
vocat eum hominem, quem scilicet humanitatis memo-
rem esse oportebat. Secundò, vocat eum virum, quem
scilicet decebat iræ dominari; & robore ac potentia sua
non abuti. Tertiò, vocat eum fratrem, quem scilicet
fratri suo arctissimo amore conjungi, ac proinde eundem
defendere, non occidere oportebat, omnes enim fra-
tres sumus in Adamo, & quisque in communi suæ tribus
aut familiæ patriarcha, contribuli suo frater est: quo-
modo Judæi (quibus maximè hic loquitur Moses) fra-
tres erant in Abrahamo.

QUICUMQUE EFFUDERIT HUMANUM SANGUI-
NEM, FUNDETUR SANGUIS ILLIUS] *Fundetur*,
id est, fundi debet, æquum & justum est ut fundatur,
dignus est ut fundatur ejus pariter sanguis, putà per sen-
tentiam & condemnationem iudicum, ut habet Chal-
dæus. Deus enim tam hic quàm Exodi 21. 12. & Matth.
26. 57. lege talionis, tulit in homicidas sententiam mor-
tis, quæ omnium gentium usu recepta est. Nota hoc
contra Anabaptistas qui magistratibus jus gladii in no-
centes adimunt.

Secundò, *fundetur*, scilicet ordinariè reipsa, ut de
facto occidatur homicida, vel per iudicem, vel per ri-
xam, latrones, ruinas, incendia, aliosve similes casus.
Deus enim hic respondet se necatorum fore vindicem, &
homicidas talione multaturum variis vitæ infortuniis.
Id ita esse, experientia constat, qua videmus homicidas
persequente eos numine, miris casibus, non naturali,
sed ferè violenta morte occumbere. Exempla mira hac
de re afferam Deut. 21. 7. 4.

Nota. Pro *humanum sanguinem*, hebraicè est נֶאֱדָם
דַּם הָאָדָם *dam haadam baadam*, sanguinem hominis
in homine: ubi *in homine* variè à variis exponitur. Septi-
sic vertunt, pro *hominis sanguine fundetur sanguis il-
lius*. Secundò, Oleaster, in *hominem*, inquit, id est,
per hominem. Tertiò, Cajetan. vertit, in *hominem*,
id est, inquit ipse, in hominis injuriam & contume-
liam. Quartò, facillimè & planissimè Abulensis, in
homine, inquit, id est, intra hominem, vel in homine exi-
stentem sanguinem: ut sit pleonasmus, quem proinde no-
ster Interpres tacuit & omisit.

AD IMAGINEM QUIPPE DEI FACTUS EST HO-
MO] q. d. Si non movet te natura communis, moveat
saltem imago mea: homo enim est imago mea: vide ergo
ne eum occidendo cœlestis regis vivam imaginem demo-
liaris, inquit S. Chrysost. itaque non tam homini, quàm
Deo ipsi sis injurius.

Aliter noster Salazar in Proverb. 1. 7. 16. *Per hominem*,
inquit, *fundetur sanguis illius*, id est, per magistratum
publicum: huic enim soli in vitam subditorum licet. Cau-
sam subdit: *Ad imaginem quippe Dei factus est homo*, id est,
homo ille cui magistratus delatus est, expressa imago &
simulacrum Dei existit, & ipsius vices agit, personam-
que illius repræsentat, atque inde in illum ea potestas
& li.

Septimum
de Rudol-
pho Au-
strio.

Octavum
de Fran-
cisco Ar-
morica
Duce.

Vers. 6.

Homicidas
Dei ultio
persequi-
tur ad ne-
cem.

& licentia in subditorum vitas derivatur, quæ aliàs Dei propria est: Ut nimirum ipse non aliter contra improbos & sceleratos capitis sententiam ferre possit quàm Deus, cujus sustinet personam.

VERS. 7. VOS AUTEM CRESCITE] q. d. Videtis me hac vetatione homicidii, velle consulere generis humani propagationi: illi ergo, hoc præsertim renovati mundi tempore, in tanta hominum paucitate incumbite, accrescere & multiplicamini. Ita Rupert. cujus allegoriam vide l. 4. c. 34.

INGREDIMINI SUPER TERRAM] Hebraicè *וַיֵּרָא בְּעֵינָיו* scire suæ aures, prolificare, & multiplicamini in terra instar piscium, ranarum, aliorumque reptilium (horum enim mira est fecunditas, foetura & prolixiatio; & hoc significat Hebræum *שְׂוֹרָא*) ut nimirum quàm citissime per universam terram ingredi, vosque spargere, eamque occupare & replere possitis.

VERS. 9. ECCE, EGO STATUAM] Hebraicè est *כִּנְיָם* me Kim, statuens, id est, statuo, jam enim de facto Deus in præsentia statuit & sancit hoc foedus & promissionem, de non inducendo amplius in terram diluvio, cum Noè & hominibus; unde mox v. 12. foederis hujus signum, putà iridem, re ipsa assignat. Nota, foedus hoc, non esse foedus contrahentium, in quo utraque pars ad certas foederis condiciones invicem sese obligat & obstringit (nec enim in hoc foedere se Noè Deo, sed Deus solus ipsi Noè se obligat:) sed foedus hoc esse meram Dei promissionem; hæc enim hebraicè rectè vocatur *בְּרִית* beris.

VERS. 11. NEQUE ERIT DEINCEPS DILUVIUM] scilicet universale; unde sequitur, *dissipans terram*, scilicet universam; nam post diluvium hoc generale, fuit diluvium particulare, sed celebre, Ogygis in Græcia, tempore Jacob patriarchæ; & post hoc fuit diluvium Deucalionis in Thessalia, tempore Moïsi. Ita Orosius, Eusebius, & alii in chronicis.

Diluvium
Ogygis &
Deucalionis.

HOC EST SIGNUM FOEDERIS QUOD DO INTER ME ET VOS] Sicut ergo Deus hic in præsentia sancit foedus cum Noè, ita & in præsentia foederis signum, putà iridem producit & assignat.

IN GENERATIONES SEMPITERNAS] per omnes generationes, quamdiu generationi generatio succedet, usque ad consummationem omnium generationum sæculi, putà usque ad diem judicii; hæc enim generationes dicuntur sempiternæ, non absolute, red respectivè, scilicet respectu Noè & posterorum ejus, cum quibus Deus foedus hoc init. Significat ergo Deus, hoc foedus sempiternum fore, id est, tamdiu duraturum, quamdiu durabunt generationes, quibus propagentur posterij Noè, cum quibus & pro quibus hoc foedus inquitur; unde Hebræum *לְדוֹרֹת עוֹלָם* ledorot olam, verti potest. In duratione sæculi, putà quamdiu durabit hoc sæculum, hic mundus, hæc vita in terris.

Ex hoc ergo loco, non est damnanda (an vera, an falsa sit, non disputo hic) illa quorundam Doctorum sententia, qua censent, post diem judicii fore universale diluvium, quo rursus tota terra aquis cooperiatur, sicuti in initio mundi cooperta fuit, nam hæc promissio Dei, de non inducendo amplius diluvio, tantum extenditur usque ad generationes hujus sæculi, putà usque ad diem judicii, non ulterius.

ARCUM MEUM PONAM IN NUBIBUS, ET ERIT IN SIGNUM FOEDERIS] Arcus hic est iris, uti omnes Patres docent, præter S. Ambros. lib. de Arca & Noè c. 27. qui arcus hujus sensum non literalem, sed tropologicum more suo assignat.

Nota. Deus arcum, putà iridem, vocat suam, quia iris est pulcherrima, Deique opificis pulchritudinem & magnificentiam nobis repræsentat; unde de ea dicit Ecclesiast. c. 43. v. 12. *Vide arcum & benedic eum, qui fecit illum: valde speciosus est in splendore suo, gyravit (cinxit) caelum in circuitu gloria sua, manus Excelsi aperuerunt illum.* Hinc Plato in Theæteto iridem, Thaumantis filiam, propter admirationem, dictam censuit.

Nota Secundò, contra Alcuinum & Glossam, ante Noè & diluvium fuisse iridem. Est enim naturalis ejus generatio & causa, scilicet reverberatio radiorum solis in nube rorida. Cum ergo hæc fuerit ante diluvium, æquè ut nunc, sequitur & iridem fuisse ante diluvium.

Ante diluvium fuit iris.

A Dices, Quomodo ergo ait hic Deus in futuro, Arcum meum ponam, non autem, Posui, in præterito? Respondeo, In Hebræo est præteritum *נָתַתִּי* nati, dedi, posui, id est, do, pono, & dabo, ponam iridem, non absolute ut existat, sed ut sit in signum foederis, quod Deus hic init cum Noè. Fuit ergo iris ante diluvium, signum naturale nubium roridarum, & consequenter futuræ pluviz; unde Ovid.

Concipit iris aquas, alimenta que nubibus affert.

Jul. Scaliger exercit. 80. docet iridem matutinam protendere pluvias, vespertinam verò serenitatem. Rursum Aristot. l. 5. Histor. animal. c. 22. tradit iridem multum conferre ad generationem mannæ, sive mellis aerii. Adhæc aspalathum, aliasque herbas odoratiores fieri per iridem tradit Plinius l. 12. c. 24. *Est, inquit, aspalathus spina candida, magnitudine arboris modica, flore rose, radice unguentis expetita. Tradunt in quocumque frutice curvetur arcus cælestis, eandem qua sit aspalatho, suavitatem odoris existere: sed in aspalatho inemarrabilem quandam.* Idem l. 17. c. 5. Terra, inquit, cum à siccitate continua immaduit imbre, & in quam arcus cælestis dejeceris capita sua, tunc emittit illum suum habitum divinum, ex sole conceptum, cui comparari suavis nulla possit. Post diluvium verò, & post hoc pactum Dei cum Noè, iris à Deo instituta est in signum supernaturale hujus pacti, de non futuro deinceps diluvio.

B Nota Tertio, appositè hoc signum non futuri diluvii esse iridem, ponique in nubibus: quia ex nubibus aquæ diluvii delapsæ sunt, & ex iis rursus metui posset diluvium; unde ne id metuamus, contrarium in iisdem nubibus ponit Deus hoc iridis signum. Addit D. Thom. quodlib. 3. a. 30. & Abulen. hic q. 7. iridem naturale signum esse, quod proximè non sit futurum aquarum profluvium, ut ex eo fiat diluvium, quia ad hoc opus est, multas & crassas esse nubes, quæ in magnam pluviam resolvantur: illæ autem repugnant iridi. Iris enim oritur in nube, non crassa & densa, sed rorida, opaca & concava, ex radiorum solis oppositi reflexione.

Nota Quarto. Auctor historiz Scholastic. in librum Genes. c. 35. *Tradunt, inquit, Sancti, quod quadraginta annis ante diem judicii non videbitur arcus cælestis:* quia scilicet tunc summa erit siccitas, qua mundus præparabitur ad conflagrationem, quæ fiet sub diem judicii. Sed hæc traditio frivola & falsa est, falsoque attribuitur sanctis Patribus. Si enim tanta tunc foret siccitas, homines, animalia & plantæ ex ea interirent, cujus contrarium nos docet Christus Matth. 24. 38.

Symbolicè & mystice, S. Ambros. de Arca & Noè cap. 27. Iris, inquit, est clementia Dei, quæ quasi arcus contentus, sed carens sagitta, per adversa quæ immitteit, magis terrere nos vult, quàm ferire; ut vitia corrigamus, itaque sagittas vindictæ evadamus, juxta illud psalm. 59. 6. *Dedisti me venientibus te significationem, ut fugiant à facie arcus.* Ubi vide S. August. & S. Gregor. lib. 19. Moral. sub finem. Unde S. Joannes Apocal. 4. v. 3. vidit thronum Dei circumdatum iride, id est, misericordia, iris enim tempore Noè pacis, reconciliationis & foederis inter Deum & homines fuit signum, fuitque iris *עֶשְׂרָא*, id est, pax, ait Ticonius homil. 2. in Apocal. quæ extat tom. 9. S. Augustini. Secundò, iris versicolor recreat, & imbres varios in terram effundit: idem facit Dei misericordia. Tertio, sicut iris est semicirculus, in nostro hemisphærio tantum apparens: ita & Dei misericordia tantum apparet in hac vita, justitia verò in altera.

C Allegoricè, iris signum est Primò, legis Evangelicæ: hæc enim affert gratiam, & remissionem & gloriam. Ita Rupert. qui tamen perperam putat, hunc sensum hoc loco esse literalem. Secundò, iris cum sit aqueo & igneo colore, signum est baptismi Christi, qui sit per ignem & aquam, Matth. 3. v. 11. Ita S. Gregor. homil. 8. in Ezechiel. Tertio, iris est Verbum incarnatum & carne velatum, sive est ipsa caro Verbi. Primò, quia, sicut sol in nube irradians facit iridem: Ita Verbum in carne irradians fecit Christum. Secundò, quia, sicut iris pacis fuit symbolum tempore Noè: ita & incarnatio Christi fuit reconciliatio mundi. Tertio, duo cornua iridis, sunt duæ naturæ Christi, divina scilicet & humana, quarum chorda occulta & invisibilis, est arcana unio hypostatica. Quarto, in iride triplex est color: ita & in Christo. Christus enim fuit cæruleus, id est, cælestis, per oratio-

Symbolicè & mystice, S. Ambros. de Arca & Noè cap. 27. Iris, inquit, est clementia Dei, quæ quasi arcus contentus, sed carens sagitta, per adversa quæ immitteit, magis terrere nos vult, quàm ferire; ut vitia corrigamus, itaque sagittas vindictæ evadamus, juxta illud psalm. 59. 6. *Dedisti me venientibus te significationem, ut fugiant à facie arcus.* Ubi vide S. August. & S. Gregor. lib. 19. Moral. sub finem. Unde S. Joannes Apocal. 4. v. 3. vidit thronum Dei circumdatum iride, id est, misericordia, iris enim tempore Noè pacis, reconciliationis & foederis inter Deum & homines fuit signum, fuitque iris *עֶשְׂרָא*, id est, pax, ait Ticonius homil. 2. in Apocal. quæ extat tom. 9. S. Augustini. Secundò, iris versicolor recreat, & imbres varios in terram effundit: idem facit Dei misericordia. Tertio, sicut iris est semicirculus, in nostro hemisphærio tantum apparens: ita & Dei misericordia tantum apparet in hac vita, justitia verò in altera.

D Allegoricè, iris signum est Primò, legis Evangelicæ: hæc enim affert gratiam, & remissionem & gloriam. Ita Rupert. qui tamen perperam putat, hunc sensum hoc loco esse literalem. Secundò, iris cum sit aqueo & igneo colore, signum est baptismi Christi, qui sit per ignem & aquam, Matth. 3. v. 11. Ita S. Gregor. homil. 8. in Ezechiel. Tertio, iris est Verbum incarnatum & carne velatum, sive est ipsa caro Verbi. Primò, quia, sicut sol in nube irradians facit iridem: Ita Verbum in carne irradians fecit Christum. Secundò, quia, sicut iris pacis fuit symbolum tempore Noè: ita & incarnatio Christi fuit reconciliatio mundi. Tertio, duo cornua iridis, sunt duæ naturæ Christi, divina scilicet & humana, quarum chorda occulta & invisibilis, est arcana unio hypostatica. Quarto, in iride triplex est color: ita & in Christo. Christus enim fuit cæruleus, id est, cælestis, per oratio-

E Alleg. Iris est Primò, lex Evangelica. Secundò, baptismus. Tertio, iris est Verbum in carne velatum ob septem analogias.

Iris juvenis manna & plantas.

Iris ponitur in signum supernaturale diluvii deinceps prohibendi.

Iris symbolum est clementia Dei ob tres analogias.

Alleg. Iris est Primò, lex Evangelica. Secundò, baptismus. Tertio, iris est Verbum in carne velatum ob septem analogias.

orationem assiduam: fuit & viridis per florem gratiarum & virtutum; fuit denique rubicundus per sanguinem suum in cruce. Quintò, ab hoc arcu emissæ sunt occultæ sagittæ amoris, quibus confixa & vulnerata sponsa cantabat: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*. Sextò, iris hæc imbrifera fuit, quia dedit in pentecoste orbi prædicationis & doctrinæ coelestis abundantiam, quasi pluviam; ita Ansbertus in Apocal. 4. vers. 3. Cui adde Septimò, iris quæ est semicirculus, significat Christum de coelo descendentem ad terram, & rursum è terra remeantem ad coelos. Denique significat regnum Christi, quod in hac vita semiplenum est & imperfectum; sed in coelis complebitur hic circulus, putà regnum Christi, dominans omnibus in omnem æternitatem.

Tropolog. Tropologicè, tres colores iridis significant virtutem purgandi, illuminandi & perficiendi, quam à Deo & angelis participant sancti Doctores. Secundò, color cæruleus est fides, viridis est spes, rubicundus est charitas, quas iris, id est, Dei misericordia, depluit in homines, ut docent Viegas, Ribera, Perer. & alii in Apocal. 4. vers. 3.

Anagog. Anagogicè, iris quæ colore est aqueo & igneo, signum est uti diluvii facti, ita & conflagrationis mundi futuræ; ita Sanct. Gregorius homil. 8. in Ezech. Rursum, iris quæ formam habet arcus, itaque belli speciem ostendit, significat iudicium universale, inquit Richard. Vissius sedetor. in Apoc. cap. 4. in quo virebunt iusti per gloriam æternam; sed rubebunt impii per ignem gehennæ. Duo iridis cornua sunt misericordia, & veritas sive iustitia; hinc Christus iudex pingitur insidere iridi: sedebit enim in nube gloriosa, qualis est iris.

VERS. 16. ET VIDEBO ILLUM (arcum, putà iridem) ET RECORDABOR FEDERIS] Ergo & nos vicissim quoties videmus iridem, recordemur diluvii & cataclysmi, qui orbem & peccatores perdidit, recordemur & pacti divini, Deoque nostro pro hoc pacto gratias agamus, illi grati & obsequentes simus. Denique dicamus: Si tam speciosa & varia est iris, quàm speciosius & varius est Deus Deique domus?

VERS. 18. PORRO CHAM IPSE EST PATER CHANAN] Meminit hic Moses Chanaan, ut viam sibi æternat ad maledictionem Chanaan, qua propter Cham patrem à Noe mulctatus est vers. 25. Addit Secundò, Sanct. Chrysost. Cham solum intemperantem in arca, tempore diluvii genuisse Chanaan, ideoque ejus hic mentionem fieri. Verùm alii omnes contrarium docent: imò ipsa S. Scriptura docet octo tantum animas (putà Noe cum tribus filiis, & singulorum uxoribus) per arcam salvas esse, 1. Petri 3. vers. 20. Rursum Chanaan natum esse post diluvium, docet ipse Moses c. 10. v. 1. & 6.

Ingressu ergo Noe ex arca, de quo hic loquitur Moses, nec dum ex Cham genitus & natus erat Chanaan: dicitur tamen Cham pater Chanaan, quia ex Cham natus erat Chanaan & Chanaan, quos Hebræi ex Sem oriundi subegerunt & vastarunt, quasi dicat: Ex Cham natus est Chanaan, tanquam mali corvi malum ovum; quò enim Cham bonum generaret filium, qui bono patri nequam filius, atque naturæ & eruditionis deneger extiterat? ita S. Ambros. & Theodoret. Unde & Chami irrisio, qua patrem Noe irrisit, punita fuit in Chanaan filio, dum ejus posterius Chanaan servitute & vastitate à Josue & Hebræis, qui fuerunt posterius Sem, mulctati sunt; ita S. Ambros. lib. de Arca & Noe, cap. 28. ubi mysticè, Cham, inquit, id est, calor, pater est Chanaan, id est, turbationis, aut potius contritionis & confectionis: qui enim calor, continuò movetur & perturbatur, omniaque perturbat & confringit.

VERS. 19. TRES ISTI FILII SUNT NOE, ET AB HIS DISSEMINATUM EST OMNE GENUS HOMINUM] Errant ergo, qui plures quàm tres, numerant filios Noe, ut Berolus Annianus & chronica Germaniz, quæ Tuifconem, à quo oriundi sunt Teutones & Germani, asserunt filium fuisse Noe. Rursum, Noe post diluvium triginta alios genuisse filios, eosque ex Tita uxore vocasse Titanas. Ex hoc loco ergo videtur Noe post diluvium jam fractus & senex, utque melius vacaret Deo, veneris pertæsus, abstinuisset usu conjugii, ideoque nullas alias genuisse proles, ab hisce enim tribus omnes homines propari sunt. Contrarium sentit Cajetan. & Cornel. à Lap. in Pentateuch.

niellus, scilicet Noe post diluvium alios genuisse filios, à quibus quoque gentes propagatæ sunt: hos trestamen solos hic nominari, quòd illi hujus disseminationis in gentes illustriores fuerint principes, & capita primariorum gentium. Verùm prius quod dixi, conformius est verbis Scripturæ, quæ vix alium patiuntur sensum: clarè enim sic habent, *Ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram*.

COEPIT NOE VIR AGRICOLA EXERCERE TERRAM] Hebraicè est *וַיִּשְׁכֶּן נֹחַ אֶת הָאֲדָמָה* *noach is haadama*, coepit Noe esse vir terræ, id est, coepit Noe esse agricola, coepit post diluvium terram jam siccata colere & exercere, q. d. Redit Noe ad agriculturam, qua ante diluvium usi sunt homines, jussu Dei, Genes. 2. vers. 15. & cap. 3. 17. idque diligentius quàm ante diluvium: quia diluvium sua falsedine, acrimonia, penetratione & inundatione primævam terræ pinguedinem & bonitatem exfluxerat & abluerat. Unde Perer. Delrio, & alii opinantur, Noe invenisse aratra, iisque per equos & boves attractis, vomere terram proscidisse, cum antea suis manibus & lignibus homines terram foderent & colerent.

B Vide hic Noe patriarcham agriculturæ vacantem. Sic agricola fuit Sem, Japhet, Isaac, Jacob, Esau, Moses, Booz, Gedeon: denique totus populus Israel colabat agros, donec regem peteret, & Samuel jussu Dei ei diceret, quòd rex agros, vineas, oliveta optima tolleret, & daret ea servis suis; sed & segetes eorum addecimaret, 1. Reg. 8. Saul pastor fuit asinorum, David ovium, Elias Elisæum ab aratro vocavit, & prophetam creavit. Si Pontificum vitas excutias, plures reperies agricolarum filios, uti fuere Silverii, Adriani, Silverii, &c.

Cyrus Persarum rex, priscique imper. Romani agricolæ fuerunt; unde Fabii, Lentuli, Pisones, Cicerones, Vitellii, Porcii, Servii, Appii, Scrophæ, agricolarum nomina, triumphali dignitate honorata sunt. Audi Valer. Maxim. *Illietiam prædixit, qui ab aratro accersiebantur, ut consules fierent, voluptatis causa sterile atque asuosissimum Pupinia solum versabant, deliciarumque ignari, vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant. Imò verò quos pericula reip. imperatores asserbant, angustia rei familiaris bubulcos fieri coegit*. Romulus & Remus, Dioclerianus, Justinus, Reges & Imperatores, æque ac pastores & agricolæ fuerunt.

Arcades mortalium omnium antiquissimos se venditantes, pastores & agricolas fuisse historiz testantur: audi poetam:

Pan (Deus Arcadiæ) curat oves oviumque magistros.

Græci Protea & Apollinem pastorem Admeti regis Thessaliæ fuisse fatentur, unà cum Mercurio & Argo.

Phrygii, pastores Paridem, Priamum, Anchisen, aliosque agnoscunt. Numidæ, Georgi, Scythæ, Nomades hanc vitam volunt, non aliam. Regum cura occupata fuit non solum agriculturæ exercitio, sed libris etiam quasi artem complexi sunt, ut Hiero, Mithridates, Philometor, Attalus, Archelaus; & duces, ut Xenophon, Syllanus, Cato, Plinius, Terentius Varro. A villa in senatum vocatus est Curius, alique senes. Attilium vocantes ad imperium Rom. eum semen spargentem invenerunt. Nec fuit eis rubori eburneo scipione deposito, parta victoria & pace, ad flivam aratri reverti. Agriculturæ enim exercitium. Primò, est à natura & à Deo institutum; Secundò, magnam habet amoenitatem; Tertio, sanitatem tuetur, & corpus roborat; Quarto, fruges & fructus procurat; Quintò, valet ad meditationem coeli, siderum, pluviz, arborum, aliarumque rerum naturalium. Sextò, valet ad contemplandum colendumque Deum; inde prisca festa, Cerealia, Floralia, Vinalia, Sementina, Agnalia, Palilia, Charistia, &c.

ET PLANTAVIT VINETAM] Nota, vitem ante diluvium fuisse; unde enim alias eam habuisset Noe? sed hucusque vitis videtur silvestris, inculta, & hinc inde sparsa fuisse, ex eaque non vinum expressisse homines, sed tantum uvas comedisse. Noe verò arte vitem excoluit, plantavit, in vineta distribuit, & primus ex uvis vinum expressit; nam nesciens vim vini, utpote antea non visi, nec cogniti, ex eo inebriatus est; ita S. Hieron. lib. 1. contra Jovin.

Notat Sanct. Chrysost. Noe ex vite vinum expressisse, ut eo

ut eo suum & aliorum hominum post diluvium moerorem, labores & infirmitatem leniret & roboraret: vinum enim roborat & læt facit cor hominis. Arque hinc Berofus Anianus cæset, Noe eundem esse cum Jano, dictumque esse Janum, id est, vitiferum, vel potius viniferum, ab Hebræo *יָנוּחַ* vel *יָנוּחַ*, id est, vinum; hinc & Janus pingitur bifrons: quia Noe vidit tam sæculum quod erat ante diluvium, quam quod fuit post illud; unde Ovidius 1. Fastor.

Janus, id est, vini-fer, puta- tur esse Noe. Cur bi- frons?

Noe mi- scuit vino sanguinem simia, leo- nis, porci, & agni.

VERS. 21. Noe ebrie- ras fuit venialis.

*Jane biceps anni facit: labens origo,
Solus de superis qui tua terga vides.*

Appositè gesta Romanorum symbolica, symbolicè fin- gunt, Noe miscuisse vit. & vino sanguinem quatuor ani- malium, puta simia, leonis, porci, & agni; quia, vinum inebriat, & ebrios alios facit moriones quasi simias; alios pugnaces & crudeles quasi leones; alios lubricos & foedos quasi porcos; alios mites, blandos & pios quasi agnos.

BIBENSQUE VINUM INEBRIATUS EST] Ebrie- tas hæc Noe non fuit peccatum, saltem mortale: quia nesciens vim vini, & inexpertus, illud largiùs bibit; ita S. Chrysost. & Theodor. Perperam ergo Calvinus & Lu- therus ebrietatem hanc tribuunt intemperantiæ Noe, quæ erat inexperientiæ. Aliter nonnulli, q. d. Inebriatus, id est, exhilaratus est. Unde S. Ambros. juxta Septuag. Non dixit, inquit, *vinum bibit, neque justus vinum ebibit, sed de vino, hoc est, de ejus potione, libavit.* Ebrietatis itaque species gemina est, una qua titubationem corpori afferat, at- que ejus supplantet vestigia, sensumque perturbet; altera qua mentem virtutis vapores gratia, & omnem infirmitatem vi- deatur auertere, de qua psalm. 22. *Es calix meus inebrians quàm præclarus est.*

Vide hic & admirare priscorum abstinenciam: om- nes enim à condito mundo usque ad diluvium, per 1600. annos, vino æque ac carne abstinerunt, ideo- que valde longævī ac sapientes fuerunt; vixerunt enim ad 900. annos.

Moral. ab- stinencia prodest sa- nitati, & castitati, & sapien- tia.

Ubi Nota Primò. Abstinencia plurimum prodest: Pri- mò, sanitati & longævitati; consumit enim noxios hu- mores, spiritusque vitales purificat & exacuit. Secundò, castitati & virtuti; subtrahit enim nimium sanguinem, succum & spiritus, qui venerem, iram, aliaque passio- nes fovent & suscitant.

Nota Secundò. Sobrietas naturaliter confert ad scien- tiam; tum quia sanitatem tuetur, & vitam prolongat; tum quia caput facit serenum, spiritusque animales facit liberos & puros, aptosque ad speculandum & meditan- dum: tum quia anima (quæ una est in homine, eadem- que simul est vegetativa, sensitiva, & rationalis) limi- tatæ est virtutis & activitatis, ideoque quo minùs occu- patur cibo cibique concoctione, digestionem & egestionem; eo magis intendere potest & solet studio & contemplatio- ni, in eamque totam vim suam exerere. Hinc Salomon Eccles. 2. *Cogitavi, inquit, in corde meo abstrahere à vi- no carnem meam, ut animam transferrem ad sapientiam, de- vitaremque stultitiam.* & Isaias cap. 27. *Quem docebit scien- tiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à la- tte, auctos ab uberibus.*

Exempla fidelium.

Ita abstinentes Enos, Henoch, Mathusalem, Noe, sapientissimi fuerunt. Noe enim totius mundi fuit repara- tor, instructor & gubernator. Ita Nazaræi & Rechabitz à sapientia, æque ac abstinencia commendantur. Ita Mo- ses & Elias jejuniis 40. dierum sapientiam, & visionem Dei meruerunt. Ita Judith, Esther, Machabzi sapien- tiam illam & fortitudinem, qua Holofernem, Aman & Antiochum prostraverunt, adepti sunt. Ita Joannes Ba- ptista abstinencia quasi angelus evasit. Ita Paulus primus Eremita, Antonius, Hilarion, & tot Anachoretarum & Monachorum examina vitam, quasi angeli terrestres, in abstinencia, contemplatione & sapientia longævam duxerunt, vixeruntque centum & amplius annos. Ita coenobitz olim, teste S. Hieron. perpetuo jejunabant, a- quam bibentes, & solum panem cum leguminibus & ole- ribus manducantes.

Audi & Gentiles. Tradit Xenophon, antiquos Persas ad panem nihil nisi nalturcium adhibere solitos, tumque floruerunt sapientia & virtute bellica, orbique imperium tenuerunt per 200. annos, scilicet à Cyro ad Darium, qui per delicias & vina imperium cum vita perdidit.

Chæredemus Stoicus tradit, priscos Ægypti sacerdotes carne, vino, ovis & lacte semper abstinuisse, idque ut purius, intentius & acrius diuinis rebus vacarent, ardorem- que libidinis restingerent. Atque hi Ægypti fuerunt sa- pientes & Astrologi. Esseni apud Judæos vino & carne si- bi interdicebant, totique orationi & studio sacrarum Li- terarum vacabant, de quibus mira narrat Josephus, Phi- lo & Plinius; quinimò Porphyrius in libro de Abstinencia ab esu animalium, asserit plerisque ex eis divino affla- tos spiritu vates exstitisse. Eubulus refert apud Persas tria fuisse Magorum genera, quorum primum (qui maximè sapientes & eloquentes existimabantur) præter farinam & olera nihil escitabant. Bardesanes Babylonius tradit In- dorum Gymnosophistas solis arborum pomis, oryza & farina vivere. Euripides in Creta Jovis vates, carne & coctis omnibus abstinit. Socrates virtutis studiosos hor- tabatur, ut abstinenciam colerent, & delicias veluti Si- renes respuerent; ideoque rogatus qua re ab aliis homini- bus differret, ait, *Alii vivunt ut edant; ego verò edo ut vi- vam.* Isus Assyrius, teste Philostrato interrogatus, quænam essent epulæ suavisimæ, respondit, *Ista curare desii.* Xenocrates tria tantum præcepta in templo Eleusi- næ mansisse dixit, scilicet Primò, venerandos esse deos; Secundò, honorandos esse parentes; Tertiò, abstinenciam esse à carnibus. Plinius ait vinum esse cicutam homi- nis: & Seneca ait ebrietatem esse voluntariam insaniam. E- picurus, licet voluptatis patronus, asserit ad jucundè & suaviter vivendum, tenuitatem victus conferre plurimum. Et in epistolis suis testatur, se aqua tantum & pane vesci solitum. De abstinencia Pythagoræ, Antisthenis, Dio- genis, Apollonii Thyazæi mira habet Laertius, Plutar- chus, & Philostratus. Plura vide apud S. Hieron. lib. 2. contra Jovinianum, & Plutarchum in duabus orationibus de esu carniū.

ET NUDATUS EST IN TABERNACULO SUO] uti solent dormientes, & ebrii præ æstu disjicere tegumen- ta, seque nudare; ita Theodor.

QUOD CUM VIDISSET CHAM, PATER CHA- NAAN] Tradunt Hebræi & Theodor. hic fieri mentio- nem Chanaan, eò quod Chanaan puer, doli tamen capax

(forte enim 10. circiter erat annorum) primò viderit Noe avum suum nudatum, eumque irriserit, ac mox illud ip- sum patri Cham renuntiavit, qui pueri petulantiam non repressit, sed probavit, patremque fratribus suis ride- tem proposuit.

Notant hic Sanctus Basilus & Ambrosius genium im- proborum, qui gaudent bonorum lapsus propalare. Ad- dit Berofus Annii (penes quem sit fides) Cham fuisse ma- gum, quodque inde dictus sit Zoroaster (idem habet Cassianus coll. 8. c. 21.) quod ex odio, quo patrem pium prolequebatur, eum irriserit, eumque magia sua steri- lem deinceps effecerit: quod docuerit homines congregi cum matribus, masculis & brutis, ideoque à Noe patre esse fugatum & ejectum.

OPERUERUNT VERENDA PATRIS SUI] Ne paterna reverentia vel ipso minueretur aspectu, ait Sanctus Ambrosius lib. de Noe cap. 31. Additque ex Cicerone lib. primo Offic. *Unde etiam Roma vetus fuisse usus dicitur, ne*

filium cum parentibus, & maximè puberes, intrarent lavacrum. Ita Tropologicè tegenda esse parentum spiritualium, & Ecclesiasticorum peccata docet Sanctus Gregorius libr. 25. Moral. cap. 22. & suo exemplo docuit Constantinus Ma- gnus in Concilio Niceno, dum chartas accusationum con- tra aliquos Episcopos sibi oblatas combussit, dictitans, *si Episcopi alicujus stuprum videret, facinus id se suo paluda- mento obteclurum, ne flagitii ejus aspectus eos qui ipsum cernerent, ulla ex parte laderet: uti refert Theodoretus lib. 1. Histor.*

Allegoricè, S. August. lib. 16. de Civit. c. 2. & 7. Cham sunt Judæi & hæretici; hi irridunt Noe, id est, Christum & Christianos.

EX VINO] ex somno, in quem eum vis vini conje- cerat.

CUM DIDICISSET, QUAM FECERAT EI FI- LIUS SUUS MINOR] Vidit enim Noe evigilans se te- ctum pallio non suo, sed alieno, scilicet filiorum, Sem & Japheth; causam ab eis quæsit: illi patri singula ex- quirenti mentiri non ausi, rem totam & Chami scelus pandunt, alias illud silentio pressuri.

FILIUS SUUS MINOR] scilicet Chanaan, inquit Theodor. qui filius, id est, nepos, erat Noe: unde mox Noe

Vinum est cicuta. E- brietas est voluntaria insania.

VERS. 22. Chanaan cum Cham irrisset Noe.

VERS. 23.

Constanti- ni pia sen- tentia.

VERS. 24.

Noe eidem maledicte. Verum omnes alii filium hunc intelligunt Cham: huius enim scelus & impietas hic puni-
tur. Addit S. Chrysost. & incontinentia, quod tempore diluvii in arca usus sit conjugio, genueritque Chanaan, de qua redixi v. 18.

Cham fuit medius filiorum Noe.
Nota. Cham fuit filius minor Noe, non quasi fuerit minimus omnium, ut aliqui volunt: sed quia fuit junior Semo; fuit enim Cham senior Japheto. Cham ergo medius fuit filiorum Noe; unde v. 18. & alibi passim medius ponitur; Ita S. Aug. l. 16. de Civit. 1. & Eucherius.

VERS. 25.
MALEDICTUS CHANAAN] supple erit: quia Noe hæc non tam maledicendi, vel imprecandi animo dixit, quam spiritu prophetico prædixit ea, quæ posteris filiorum suorum erant eventura; unde explicans subdit: *Servus servorum eris.*

Nota. Per Chanaan hic, Varablus intelligit ipsum Cham, scilicet patrem impium ex filio impiissimo; unde & Gennad. Diodorus & Origen. putant tunc, cum hæc dixit Noe, necdum natum fuisse Chanaan. Verum contrarium verius est, scilicet simpliciter hic compellari ipsum Chanaan: causam ex Hebræis dixi v. 18. Unde S. Ambros. lib. de Noe cap. 30. *Et pater, inquit, in filio, & in patre filius redarguuntur, habentes stultitiam, nequitiam, impietatis quoque commune consortium. Nec poterat fieri ut bonum generaret filium, qui bono patri nequam filius, & natura & eruditionis degener existisset.*

Cur Noe maledicere solus Chanaan, non alios filios Cham.
Nota Secundo. Alii filii Cham, puta Chus, Mesraim, Phut hic non maledicuntur à Noe, sed solus Chanaan: nam soli Chananzi, qui fuerunt posteri Chanaan, & æquæ ut ipse impiissimi, leguntur excisi à posteris Sem, puta à Judæis; vel eis serviisse, ut patet in Gabaonitis, qui inter Chananzos dolo vitam ab Hebræis obtinuerunt, ea lege ut eis servirent quasi vilissima mancipia, hoc enim significat *servus servorum*: ita Rupertus.

Adverte, Moysen hæc omnia propter Chananzos, à Judæis expellendos scripsisse; parat enim hic viam suæ historiz de expeditione & profectione Hebræorum in Chanaan, datque occasione & causam, ex qua contigit, Dei voluntate, Judæos per se & per Josue occupare Chanaanem; videlicet impietatem Cham & Chanaan, quam imitari sunt Chananzi, ideoque ex Chanaan sunt expulsi.

Hinc pater Tertio, Cham & Chanaan hic puniri in suis posteris, puta Chananzis, qui paternæ impietatis fuerunt imitatores, & heredes. Vide hic, quam infelices sint ii, qui habent impios parentes & præceptores. Merito Plato gratias agebat naturæ, sive Deo, Primo, quod hominem; Secundo, quod marem; Tertio, quod Græcum; Quarto, quod Atheniensem; Quinto, quod tempore Socratis, à quo instrui posset, se genuisset.

Moraliter S. Ambros. *Manebat, ait, ante vini inventionem omnibus inconcussa libertas; nemo sciebat à consorte natura sua obsequia servitutis exigere: non esset hodie servitus, si ebrietas non fuisset.*

SERVUS SERVORUM] id est, servus infimus & vilissimus. Nota, poenam peccati esse servitutem; hinc & servi facti & dicti sunt à servando, quod bello capti, cum possent occidi quasi hostes & nocentes, ex quadam indulgentia in vita servarentur servi, sive ad serviendum. Rursum, qui noluit esse filius reverens, punitur ut fiat servus: justum enim est, ut servili subjectione prematur is, qui filialem, suavemque ac naturalem subjectionem, seu servitutem, violare non erubuit.

Ridet Calvinus hic Papam, quod ex maledictione hac Cham, sumpserit sibi titulum, *servus servorum*. Sed errat: non enim Papa absolute se vocat servum servorum, sed, ut rectè notat Rupert. cum addito, *Servus servorum Dei*; idque facit ex pia animi submissione, non ergo ex impio Chamo hoc nomen sibi sumpsit Pontifex.

Vers. 26.
BENEDICTUS DOMINUS DEUS SEM] Est Hebraica metalepsis; ex consequente enim intelligitur antecedens, puta ex benedictione Dei intelligitur ipsa benedictio Sem; hinc enim verbis Noe, uti Cham maledicit, ita benedicit non tantum Deum, sed etiam Sem & Japhet. Sensus ergo est, q. d. Deus tanta benedictione & copia, tum frugum, tum sapientiz, pietatis, religionis, gratiz & cultus Dei cumulet Sem, ejusque posteros, ut quisquis eos vidit, benedicat Deum in Sem suoque tam liberalem, dicatque: Benedictus sit Deus, qui semper est Deus, Dominus, pater ac provisor Sem ejusque posterorum, qui semper suis beneficiis ostendit, quod

A sit Deus, tutor & curator Sem & suorum. Ita Lipo-
manus, Cajetanus, & alii. Hæc benedictio completa est in Judæis, qui orti sunt ex Sem. Dilce hic, cum Noe, ad omnia bona & fausta, crumpere in laudem & benedictionem Dei.

Moraliter rectè notat Perer. Ecclesiast. c. 3. novem bona à Deo promitti filiis bonis, qui parentes honorant. Primum est, opes, tum temporales, tum spirituales: *Sicut, inquit, qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suam.* Secundum, quod talis filius feliciter erit in suis pariter filiis: *Qui honorat patrem jucundabitur in filiis.* Tertium, quod preces ejus exaudiet Deus: *In die orationis sue exaudietur.* Quartum, quod longævus erit: *Qui honorat patrem, vita vivet longiore.* Quintum, quod stabilem habebit familiam & posteritatem: *Benedictio patris firmat domos filiorum.* Sextum, quod erit gloriosus: *Ex honore patris gloria filii;* sive quia pater honoratus reddit filios gloriosos; sive quod filius honorans patrem, comparat sibi gloriam apud omnes. Septimum, quod in tempore tribulationis ab ea liberabitur à Deo: *Elemosyna patris non erit in oblivione, & in die tribulationis memor erit tui.* Octavum, quod peccata ei remittentur: *Sicut in fervore glacies, ita solvantur peccata tua.* Nonum, quod à Deo benedicetur, id est, omni bonorum copia cumulabitur: *Honora, inquit, patrem tuum, ut supervenias tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in novissimo maneas.*

DILATET DEUS JAPHET] In Hebræo pulchra est allusio ex etymo nominis Japhet, scilicet יָפֶֿתֿ *iaphet elohim leiaphet*, q. d. *Dilatet Deus dilatatum;* S. August. vertit, *latifcet;* Cajet. & Eugub. *condcores,* vel venustum faciat Deus ipsum Japhet.

Nota. Japhet (quem Gentiles vocant Japetum) deducitur à פָּתַח *pata*, id est, suadere, pellicere, persuadere: sed in hiphil (ut hic est) significat dilatare, uti vertunt hic Septuag. Chald. noliter Interpretes, Vatabl. Mercerus, Pagninus, & alii. Japhet ergo, non tam venustum quam dilatatum significat. Frustra ergo se torquent Græci, qui Japhet nomen Hebræum deducunt à Γραζο *græzo*, id est, lædere, aut ab ἰσθμῶ *isthmo*, id est, mederi, aut ab ἰσθμῶ *isthmo* & ὑπερσθμῶ *hypersthmo*, id est, emittere, & volare. q. d. Emittat Deus, & volare faciat Japhet per latitudinem terræ. Jam sensus est, q. d. Japhet posteritas dilatet se, sitque plurima, ita ut latissimas & amplissimas occupet regiones, adeo ut diffundat se in sortem & habitationem posterorum Sem. Id ita contigisse patet ex cap. seq. & ex S. Hieron. hic in Quæst. Hebr. atque ex Josepho lib. 1. Antiqu. 6. Ex quibus constat, posteros Japhet occupasse Europam, & partem Asiæ Septentrionalem ad Occasum vergentem, à Tauro & Amano monte usque ad Tanaim: posteros verò Cham occupasse partem Meridionalem Asiæ, ab Amano & Tauro, scilicet Ægyptum, & partem Syriæ, atque totam Africam: posteros verò Sem occupasse Asiæ partem Orientalem, ab Euphrate usque ad Indicum oceanum; vide Ariam Montanum in suo Apparatu, in Phaleg, sive de primis gentium originibus.

Allegoricè, & præcipue prophetatur hic Ecclesia Gentium dilatanda, & coadunanda Judæis in Christo & christianismo; nam ex Japhet orti sunt Gentiles: ex Sem verò orti sunt Judæi & Christum, qui primi habuerunt Dei templum, cultum, & Ecclesiam, in quam deinde Gentiles transtulit Christus, ex utrisque faciens unam Ecclesiam, ejusque amplitudinem & caput ex Sem, id est, ex Jerusalem & Judæis, in Japhet, id est, Romam ad Gentiles, transtulit. Ita S. Hieron. Chrysost. homil. 29. & Rupert. lib. 4. c. 39. unde ex Hebræo sic appositè veritas, *pellicans*, vel *persuadeat Deus Japheto* (Gentibus ex Japhet oriundis) *ut habitet in tabernaculis Sem*, puta in Ecclesia Christi, qui ex Judæis & Sem, est oriundus. Est hic ergo prophetia clara de vocatione Gentium ad Christum. Hebræum enim פָּתַח *pata*, propriè significat allicere, blandiri, persuadere.

ET HABITET IN TABERNACULIS SEM] Aliqui, ut Theodoret. Lyran. Abulen. hic repetunt nomen, non Japhet, sed Deus. q. d. Deus habitet in tabernaculis Sem; ita factum est: nam inter Semitas, puta Judæos, habitavit Deus in tabernaculo & templo.

Novem bona promissa filiis pariter honorantibus.

VERS. 27.

Japhet sive Japetus idem est quod dilatatus.

Sem Asiæ, Cham Africam, Japhet Europam occupavit.

Prophetia de vocatione Gentium: ha enim orta sunt ex Japhet.

Quid
Chaldaei
sechina.

plo. Rursum ex Semitis natus est Christus Deus: ex iis enim Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Unde Chald. vertit, & *habiet divinitas in tabernaculis Sem.* Chald. enim שכינה *sechina*, significat requiem, quo nomine Hebraei praesentiam divinitatis in tabernaculo, super arcam in propitiatorio habitantis & quiescentis significant. Hinc & *sechina* vocatur Spiritus sanctus, qui in Prophetis aliisque Sanctis requiescit, ait Elias Levita; unde ex Chald. ita quoque vertas, & *Spiritus sanctus*, sive *ipsa sanctitas*, *requiescat in tabernaculo Sem.*

Secundo aptius & verius, & *habitas* referas ad Japhet; nam Semum Deus jam ante benedixit: hic ergo non Semum, sed Japhetum benedicit. Jam per tabernacula Sem Delrio, Perer. & alii ad literam intelligunt Ecclesiam. Verum quia haec omnia ad literam spectant dilatationem & propagationem posterorum Japhet; hinc potius ad literam, proprie dicta tabernacula hic accipias, & per ea sensu allegorico (qui tamen literalis hic praevaler, magisque quam literalis, intentus est à Spiritu sancto) intelligas Ecclesiam, eo sensu quem dedi §. praeced.

VERS. 28.
Noe vidit
Abraham.

VIXIT NOE POST DILUVIUM TRECENTIS QUINQUAGINTA ANNIS.] Ergo cum Abraham, ut patebit cap. seq. natus sit anno 292. à diluvio, sequitur Abraham natum esse vivente adhuc Noe, & cum eo vixisse 58. annis. Vidit ergo Noe turrim Babel, vidit & omnes penè posteros suos corrumpere vias suas, & ad idololatriam deflectere: quantumvis ipse Noe, teste Epiphani. à suis filiis exegisset jusjurandum, de servando vero veri Dei cultu, & mutua concordia. Vidit ergo Noe mundum plenum hominibus, iisque impiis, vidit & ingemuit.

Notandum enim hic est, his trecentis annis post diluvium, miram hominum propagationem esse factam. Philo lib. Antiqu. Biblicar. tradit, Noe paulo ante mortem numerasse omnem suam sobolem, ex se profeminatam spatio 350. annorum, quibus vixit post diluvium, ac invenisse filios & nepotes, per Japhet ex se descendentes, centum quadraginta millia, ducentos & duos, praeter mulieres & pueros, Ex Cham verò, ducenta quadraginta quatuor millia, & nongentos. Ex Sem verò pauciores numerat, sed videntur aliquæ ciphrae posterorum Semi desesse in ejus codice. Omnibus ergo computatis, facile vidit ex se progenitos homines ad nongenta millia, & amplius. Quantum hic filiorum & nepotum exercitus! quantus patriarcha Noe! Verum liber ille dubiz est fidei; tum quia Euseb. l. 2. hist. c. 18. & S. Hieron. lib. de Viris illust. ac Bellarm. l. de Scriptor. Ecclesiast. ubi recensent opera Philonis, hujus libri non meminerunt: tum quia stylus libri

A diversus est à stylo Philonis: tum quia liber iste multis narrationibus apocryphis scatet: ita Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. in Philone, & ex eo noster Posssevinus. Numerus tamen quem ex eo recensui, credibilis est, imò justo minor videtur; nam, ut ex Ctesia narrat Diodorus libro 3. Ninus monarchiae Assyriorum conditor (cujus 43. imperii anno natus est Abraham, ait Eusebius) habuit in exercitu suo peditum decies septies centena millia, equitum vero ducenta millia: ad hæc currus falcatos ad decem millia & sexcentos. Ex adverso Zoroastres rex Bactrianorum, contra Ninum comparavit exercitum quadringentorum millium. En in utroque exercitu erant tum vicies ter centena millia hominum, quos omnes videre potuit Noe pater omnium, tunc enim adhuc vivebat. Nec id mirum; tunc enim homines habebant plures uxores, & toti vacabant generationi.

Rursum adverte hic, fidem & cultum Dei, ab initio mundi per annos 2108. propagari & tradi potuisse per manus trium hominum, scilicet Adam, Mathusalem, & Sem; nam Adam vidit Mathusalem, hic vidit Sem, Sem vidit Jacobum, qui natus est anno mundi 2108. qui fuit annus à diluvio 452. Semen enim vixit post diluvium 500. annis; ut patet c. 11. v. 11. potuit ergo Sem videre Jacobum. Denique tradunt Hebraei, Noe cum Sem ex Armenia rediisse in veterem patriam, id est, ad loca vicina Damasco, ibique condidisse regnum & pontificatum Salem, eumque tradidisse filio suo Sem, qui alio nomine dictus sit Melchisedech. Sed capite decimoquarto ostendam, Sem non fuisse Melchisedech.

Addit Besofus Annianus libro tercio, Noe, postquam De Noe vi-
arca consedit in montibus Armeniæ, ibidem habitasse, at-
que Armenos docuisse agriculturam, astrologiam, sa-
cro ritus & caeremonias colendi Deum, ac denique multa secreta rerum naturalium; indeque profectum esse in Italiam, ibique docuisse homines tum pietatem, tum Physicam & Theologiam (quodque idcirco ab Italis appellatum sit pater deorum & anima mundi) ac tandem ibidem esse mortuum. Verum Berofus hic Annii de suppositione suspectus est.

C Symbol. S. Ambros. lib. de Noe cap. 32. In trecentis annis Noe, inquit, *crucem Christi significari certum est* (Tamen enim Graecis index trecentorum, formam habet crucis) *cujus typo justus à diluvio liberatus est. In quinquaginta, jubileus est numerus remissionis quo Spiritus sanctus missus à caelo est, gratiam humanis pectoribus infundens. Perfecto igitur numero remissionis & gratia, justus curriculum vitae hujus implevit.*

C A P U T D E C I M U M.

SYNOPSIS CAPITIS.

Catalogus filiorum & posterorum Japhet v. 2. & Cham v. 6. & Sem v. 21. eorumque per orbem partitio. Ex his enim posteris celebriores gentes ortæ & nominatae sunt.

1. **H**Æ sunt generationes filiorum, Noe, Sem, Cham, & Japheth: nati sunt eis filii post diluvium. 2. Filii Japheth, Gomer, & Magog, & Madai, & Javan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras. 3. Porro filii Gomer: Askenez, & Riphath & Thogorma. 4. Filii autem Javan: Elisa & Tharsis, Cetthim & Dodanim. 5. Ab his divisæ sunt insulae gentium in regionibus suis, unusquisque secundum linguam suam & familias suas in nationibus suis. 6. Filii autem Cham: Chus, & Mesraim, & Phuth, & Chanaan. 7. Filii Chus: Saba, & Hevila, & Sabatha, & Regina, & Sabatacha. Filii Regina: Saba & Dadan. 8. Porro Chus genuit Nemrod: ipse coepit esse potens in terra, 9. & erat robustus venator coram Domino. Ob hoc exivit proverbium: Quasi Nemrod robustus venator coram Domino. 10. Fuit autem principium regni ejus Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. 11. De terra illa egressus est Afsur, & ædificavit Niniven, & plateas civitatis, & Chale. 12. Resen quoque inter Niniven & Chale: hæc est civitas magna. 13. At verò Mesraim genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, Nephtuim, 14. & Phetrusim, & Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthiim & Caphthorim. 15. Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum, 16. & Jebusæum, & Amorrhæum, Gergeæum, 17. Hevæum, & Araçæum: Sinæum, 18. & Aradium, Samaræum, & Amathæum: & post hæc disseminati sunt populi Chanaanæorum. 19. Factique sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram usque Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrhæam, & Adamam, & Seboim, usque Lefa. 20. Hi sunt filii Cham in cognationibus, & linguis, & gene-